Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 3. Picardia Superior.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

le pays de Vimeu.	Autum : *Aut*, ſtatio Nauium minuta. Oeſemontium : *Oyſemont*, Municipium lepidum.
AMBIANENSIS AGER *l'Amienois.*	AMBIANVM : *Amiens*, Picardiæ caput, ciuitas multis alueis Sommonæ eluta, vnde ei putant nomen traxiſſe quòd aquis ambiatur, cum arce munitiſſimâ. Corbeia : *Corbie*, Abbatia prædiues, & vrbecula hoc bello celebris ad Sommonam. Picquinium : *Picquigny*, domus magnifica *D. de Chaunes*, ad catarractam Sommonæ. Vicedominij caput, *Vidamé*. Poxium : *Poix*, vrbecula tenuis & Principatus DD. *de Crequy*. Contiacum : *Conty*, in Condæorum domum tranſiit. Bouium : *Boues*, caſtrum olim cultiſſimum. Marollium : *Marcul*, caſtrum ſatis firmum DD. *de Crequy*, & Abbatia.
REGIO INTERAMNICA, *Pays entre deux Riuieres.*	DVLENDIVM : *Dourlens*, vrbecula cum arce in confinio Atrebatenſi, ad Fl. Authiam, ſeu Altiliam: *Authie*. Albretum: *Albret*, antea Ancora : *Encre* ad Fl. cognomine, nomen abolitum in Conchini Itali odium, qui inde Marchio.

NVM. 3. *Picardia Superior*, la haute Picardie.

SANGVITERSA *Santerre*, ſeu Sãcteriẽſis ager.	PERONA : *Perone*, munitiſſima vrbecula ad Sommonam, ſæpè ab hoſtibus fruſtra tentata. Roia : *Roye*, quibuſdam huius agri caput. Mondiderium : *Mondidier*, cultiſſima vrbs. Nigella : *Neſle*, ad Fontes Iugonis Fl. *Iugon*. Bretolium : *Breteuil*, deformatum hoc bello municipium.
VEROMANDVVS	FANVM S. QVINTINI vrbs perampla & munitiſſima varias experta clades : *S. Quentin*. Auguſta Veromanduorum : *Vermand*, Abbatia. Caſtelletum : *le Catelet*, hoc bello celebre, oppidulum munitiſſimum.

AGER *le Vermandois.*	Hametum : *Ham*, ad Sommonam vrbecula munita: Diœceſis Nouiodunenſis. Fara : *la Fere*, loco munitiſſima ad Oeſiam Fl. *Oiſe*. Nouiodunum : *Noion*, ad Fl. Verſam : *Verſe*, mox in Oeſiam cadentem. Caluiacum : *Chaulny*, ad Oeſiam : tres illæ vltimæ vrbes ſitæ eſſe dicuntur in agro Tarteniaco, cuius limites periêre, LE TARTENOIS pars Veromandui agri fuiſſe creditur
LAVDVNENSIS AGER *le Laônois.*	LAVDVNVM : *Laôn*, in monte ſitum. Creſpiacum, ſeu Creſpæum : *Creſpy en Lanois*, ad riuulum qui cadit in Serram : *la Serre*. Corbiniacum, ſeu Fanum S. Marculphi : *Corbigny*, corruptè pro *Corbeny* : quò Reges noſtri pergere ſolent ſtatim atque inuncti ſunt. Lætitiæ : *N. Dame de Lieſſe*. Præmonſtratum : *Premonſtré*, Ordinis caput.
SVESSIONENSIS AGER *le Soiſſonnois.*	SVESSIONES : *Soiſſons*, olim Prætorum in Belgica ſedes in prima Dynaſtiâ & regni caput ad Axonam Fl. Villiacum : *Veſly*, ſeu *Veilly*, ad Axonam *Aiſne*.
TIRASCIA *la Tiraſche.*	GVISA : *Guiſe*, vrbecula cum caſtro ad Oeſiam. Capella, arx contra Belgas firmata : *la Capelle*, vnde iam hic tractus dicitur, *le Gouuernement de la Capelle*. Verbinum : *Veruins*, pace inter Gallum & Hiſpanum celebre oppidulum. Marla : *Marle*, ad Fl. Serram *la Serre*. Abantonium : *Aubanton*. Mons Corneti : *Moncornet*. Irſonium : *Irſon*.

§. 2. *Campania.*

A Campis nomen accepit in quos extenditur, ſed maximè ab his in quibus Attila victus fuit ab Aëtio & confederatis qui Catalaunici dicuntur; quamquam enim Aquitani quidam hos Campos in patriam ſuam transferant, tamen communior iam opinio